

latis damnum, legi non obtemperat, iudicio non acquiescit, modum ignorat et ordinem. Epist. 1, ad Robertum Nepotem suum.

37. Si doles condoleo, si non doles doleo, et maximo sciens longius a salute abistere membrum quod obstupuit: et agrum sese non sententem periculosius laborare. Prosecc.

38. Plaga recens dolore non caret; neque enim occuluit vulnus, nec in tam brevi versum in insensibile est. Lib. 1, de Consid. ad Eugen. Pap.

39. Melius est stomachum dolere quam mentem. De ordine vite.

S. BONAV.

40. Sicut clavus clavo repellitur, sic majori dolore curatur. Serm. 5, De Plurib. Mart.

41. Valde dolorem aggravat, dum ille mala irrogat, qui consolari debebat. Serm. 5, de sanctis Apost.

42. Turpe est, et valde alienum, imo contra naturam, ut sub capite dolente membrum non doleat. Serm. 2, de Plurib. Mart.

CASSIODOR.

43. Crescit dolor, ubi calamitas augetur. Super Psalm. LXXIII, vers. 8.

FRANCISCUS

TITELM.

44. Dolor vehementes prolixiora verba, quantumvis videantur consolatoria, non aequo satis animo sustinet. In Elucidat., super cap. 2, Job in illud: Videbant dolorem esse vehementem.

45. Donec excessus doloris nullus cernitur, passionum acerbitas, non quanta fuerit, aestimatur. Ibid., super cap. 3.

GLOSS. ORD.

46. Dolens animus debet se custodire, ne de igne probatorio murruret. Super Job, cap. 1.

47. Cum dolor non percussit, elatio mentis succisa cadit, ut jam querat manum levantis. Ibid., cap. 6.

48. Quandiu dolor tenetur clausus in corde, magis pungit: sed per fletum et planctum evaporat et evanescit. Super Bezech., cap. 26.

S. GREGOR.

MAGNUS.

49. Quo se interius gaudis animus robustius inserit, eo minus exterius dolores sentit. Lib. 10 Moral., cap. 12.

50. Non frangit quod ex dolore obviat, si mentis citius hoc quod ex munere sublevari, occurrat. Ibid., lib. 3, cap. 7.

51. Mitigat vim doloris considerata exigitas et potentia ferientis. Ibid., lib. 9, cap. 12, num. 47.

S. GREGOR.

NAZ.

52. Iustus non est, qui iustitiam in dolore describit. Ibid., lib. 4, num. 16.

53. Magnum doloris medicamentum ab iis accipitur, qui dolentibus condoleant: condoleantia ad mitigandum dolorem satis virium habet. Hab. apud D. Damascenum, lib. 3 Parall., cap. 56.

S. HIERON.

54. Modum adhibeas in dolore, memor illius sententiae, ne quid nimis. Epist. 3, ad Heliodor.

55. Quod satis dolet, majori dolore expellitur. Tom. 1, epist. 47, de Vitando suspecto contubernio.

56. Sapienter debet dolere, qui dolet, ne perdat sine causa quod dolet. Epist. 52, ad Tyrastum.

57. Quanto profundior est amor, tanto alius tangit dolor. Super Pentateuc., cap. 7.

58. Qui dolorem capitis non paliuntur benigne, pro Christo capitis abscissionem quomodo patientur? Lib. 1, de Claustro anime, cap. 12.

59. Dolor et timor quasi duae mole sunt, inter quas molitur justus, ut fiat panis, et possit comedi a Christo et Ecclesiae incorporari. Super Gen., cap. 20.

60. Dolor principium est hominis, labor medium, timor finis. Super III, Regum, cap. 3.

61. Si quis dolores pertulerit, et gratias egerit, martyri coronam sortitur. Homil. 8, super Epist. ad Coloss.

62. Quanto doloris plus toleratum fuerit, tanto etiam corona erit magnificentior. Orat. 5, aduers. Iudaeos.

63. Anima magni doloris participes, irritari atque irasci non patitur: ubi enim dolor et contritio, longe omnis abijt irritatio. Homil. 59, super Joan.

64. Mens dolore percussa, non studet elationi, sed amare ingemiscit, amaritius flet. Ibid.

65. Proorsus neminem inuenies doloris exortem: neque enim fas est, ut homo qui sit, mortalemque hanc agat vitam, doloris angorisque sit expertus, sive quispiam dives sit, sive Rex. Homil. 1, super II Tim.

66. Doleamus hic animo, ne doleamus illic supplicio. Homil. 2, super Epist. ad Hebr.

67. Qui dolorem clauso pectore tegit, quanto amplius per silentium linguam premit, tanto acriorem dolorem intrinsecum nutrit. Lib. 2, de Sum. bono, cap. 29, sent. 23.

68. Electus Dei doloribus vite huius atteritur, ut perfectionem vite future lucretur. Ibid., lib. 3, cap. 1, sent. 3.

69. Omne animal doloris est fugiens. Lib. 3, de Divina. Inst., cap. 8.

70. Dolor speciem ignis gerit, quia dum plus tegitur, plus ignescit. Epist. 42, ad Decem. Carnotens.

71. Ubi causa est doloris, modus debet esse dolentis. Ibid., epist. 176, ad Quendam.

SENTENTIAE PAGANORUM.

72. Dolor refrigeratio pectoris est. Sect. 14, Problem., quest. 13.

73. Habet praeteriti doloris secreta recordatio delectationem. Lib. 5, epist. 42, ad Lucivianum.

HUGO A. S.

VICIORS.

HUGO CALD.

S. JOANNES

CHRYSOST.

VICIORS PUA.

SENECA.

S. ISIDORUS

HISPAL.

LACT. FLEM.

PETR. BLES.

ARISTOTEL.

CICERO.

74. Eo gravior est dolor, quo culpa major. Lib. 11, epist. 41, ad Atticum.

75. Peccati dolor maximus est et aeternus: solus, cuius peccatum corrigi non potest. Ibid., epist. 15.

76. Doloris medicina est philosophia. Lib. 1 Academic. quest.

77. Majores sunt dolores animi, quam corporis. Lib. 2, de Finibus.

78. Firmus est animus ad dolorem ferendum. Lib. 2, Tusc. quest.

79. Consuetudo laborum, perpersionem dolorem efficit faciliorem. Ibid.

80. Nemo justus esse potest, qui dolorem timet. Lib. 2 Offe.

81. Hoc maxime in dolore providendum est, ne quid abjecto, ne quid timide, ne quid ignave, ne quid serviliter, ne quid muliebriter faciamus. Prosecc.

82. Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idque raro: ejulatus ne mulieri quidem. Lib. 2, Tusc. quest.

83. Multum potest praevio animi et praeparatio ad minuentium dolorem. Ibid., lib. 3.

84. Cuius dolori remedium, est patientia. In suis Sent., sent. 80.

85. Dolor decrescit, ubi quo crescat, non habet. Ibid., sent. 93.

86. Imperare dolori silentium non potest. Lib. 5, de Declinat. controvers. 5.

87. In tuis malis id agere te oportet, ut dolori tantum, des quantum possit ratio, non quantum consuetudo. De Tranquillit. animi, cap. 15.

88. Dolorum dies consumit, licet contumacissimum quoties insurgentem, et contra remedia effervescentem; tamen illum efficacissimum mitiganda ferocia tempus enervet. De consolat. ad Marciam., cap. 8.

89. Omnis magnitudo doloris modum excedentis, necesse est delectum verborum eripiat, cum saepe vocem quoque ipsam intercludat. De consolat. ad Heleiam., cap. 1.

90. Dolor nihil est apud miseros potentius. Ibid., cap. 2.

91. Quaedam nos magis torquent, quam debeant: quaedam anle torquent, quam debeant: quaedam torquent, cum omnino non debeant. Aut augemus dolorem, aut fingimus, aut precipimus. Epist. 13.

92. Imbecillus est et ignavus, qui propter dolorem moritur: stultus, qui doloris causa vivit. Epist. 58.

93. Nulla res citius in odium venit, quam dolor: qui recens consolatorum invenit, inveteratus vero deridetur. Epist. 63.

94. Non est, nisi ex eo quod sentias, dolor. Epist. 74.

95. Summi doloris intentio inveniet finem, nemo potest valde dolere et diu. Prosecc.

96. Sic nos amantissima nostri natura disposuit, ut dolorem aut tolerabilem, aut brevem faceret.

97. Maxime dolores consistunt in macerrimis corporis partibus: nervi, articuli, et quidquid aliud exile est acerrime sedit, cum in arcto vilia concepit: sed cito hae partes obstupescunt, et ipso dolore sensum doloris amittunt.

98. Hoc itaque solatium vasti doloris est, quod necesse est desinas illum sentire, si nimis senseris. Epist. 78.

99. Dolorem gravem sentio: quidni sentias, si illum muliebriter tuleris. Ibid.

100. Dolor, egestas, ignominia, carcer, exilium, cum ad sapientem pervenere, mansueta sunt. Epist. 85.

101. Plus dolet, quam necesse est, qui anto dolet, quam necesse sit. Epist. 98.

102. Plus ostentatio doloris exigit, quam dolor. Epist. 99.

103. Toto contra dolorem pugnet quisque animo: vincetur, si pugnare cesserit: vincet, si se contra dolorem suum intenderit. Epist. 78.

104. Vincetur dolor ratione, si victus est usu. Epist. 78.

105. Dolor imminet: si exiguus est, feramus, levis enim est patientia: si gravis est, feramus, non levis est gloria. De remediis fortunat.

106. Dolor clamorem exprimit, dum secreta non exprimat: non potest par doloriesse, nec rationi dolor. Ibid.

Vide etiam tit. Desiderium, sent. 31; Lacryma, sent. 37, 69; Peccatum in genere, sent. 5; Pena, sent. 50; Sanctitas, sent. 25.

DOLUS. Vide Fraus.

DOMARE.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Nihil sic valet ad carnis desideria edomanda, sicut cogitare qualis sit futura mortua. Part. 4, tit. 4, de Temperantia, cap. 4, § 8.

2. Cum corpus per flagella atteritur, cor circa libidinibus delectationem non vagatur. Part. 4, tit. 3, cap. 7, § 18.

3. Frangi gutturis temperata relaxatione et s. AGGUST. constrictio tenendi sunt. Lib. 10 Conf., cap. 31.

4. Carnem vestram domate jejuniis, et abstinentia escam, quantum valetudine permittit. Regul. 3, ad Clericos.

5. Id agit spiritus in domanda carne, ut solvat

male consuetudinis quasi pacta perversa, et fiat pax consuetudinis bone. Lib. 1, de *Doctr. christiana*, cap. 24.

6. Non ait Apostolus, Linguam nullus domare potest; sed nullus hominum: ut cum domatur, Dei misericordia, Dei adjutorio, Dei gratia fieri fateamur. *Prose.*

7. Conetur ergo anima domare linguam, et dum conatur poscat auxilium, et oret lingua, ut dometur lingua, domante gratia. *De Natura et gratia*, cap. 15.

8. Princeps et domina carnis naturaliter anima est, que domare carnem debet et regere. Lib. 2, *contra Julian.*, cap. 8.

9. Non melius poterit caro luxuriosa domari, quam qualis erit post mortem premeditari. *De Speculo peccator.*, cap. 4.

10. Linguam nullus hominum domare potest: et homo domat feram, non domat linguam; domat leonem, et non refronat sermonem; domat ipse, et non domat seipsum. *Serm. 4, de Verbis Dom.*

11. Equus non se domat, camelus non se domat, elephanta non se domat, aspis non se domat, leo non se domat: sic et homo non se domat: sed ut dometur equus, camelus, elephanta, aspis, leo, queritur homo; ergo Deus queratur, ut dometur homo. *Ibid.*

12. In frenandis libidiniibus et coercendis voluptatibus, ne seducat quod male blanditur, et enervet quod prosperum dicitur, continentia opus est. *Serm. 1, Dom. 23, post Trin.*

13. Summa verecundia est, et depressa dejectione, non posse linguam refrænare, et vile non posse ligare membrum. *Serm. 3, ad fratres in Eremo.*

14. Per temperantiam linguam refræna, appone ei pessulum rationis, circumcide eam maturitate discretionis. *Ibid.*

15. Restringenda est parva linguam favilla, ne in magnam vertatur flammam, surculus ne crescat in silvam, gutta ne tumescat in fontem. *Ibid.*

16. Caro domanda est, ne impingua, incrasata, et dilatata recalcitret. *Ibid.*, *serm. 40.*

17. Equum fame domares, quem freno non posses. *De utilit. jejunii*, cap. 3.

18. Filium tuum domas, ut tibi obediat, non propterea odisti. *Ibid.*

19. Facilius est feras domare, quam linguam. *De Nat. et grat.*, cap. 45.

V. HEDA.

20. Affectus carnis, nisi mentis jure domentur, usumqueque hominem ducunt ad perditionem. In suis *Prov.*, verbo *Affectus*.

21. Ferras mentes libido domat. *Ibid.*, verbo *Ferreas*.

22. Refrænari debent incontinentes motus voluptatis, bestiales motus curiositatis, et cerviciosi motus elationis. *Serm. 3, de Circumcis.*

23. Conculca bestiales tuos motus, quia domari debent, ne dominari prævaleant, nisi calcati fuerint, conculcabunt te; nisi premantur, opprimunt te. *Serm. 4 Ascension.*

24. Equum indomitum flagella domant, animam immitem contritio spiritus, et assiduitas lacrymarum. *Serm. 1 omnium Sanctorum.*

25. Jugo discipline insolentia morum domanda est. *Serm. 23, super Cant.*

26. Durius tractandum est corpus, ne rebellet, ne insolenscat: sic tamen ut servire sufficiat, quia ad serviendum spiritui datum est. *De vita solit.*

27. Puer quando nimis clamat, compositur: sic homo censura quadam judiciali debet passionem domare. *Serm. 19, in Hexam.*

28. Corpus est verberibus, jejuniis macerandum, et vigiliis edomandum, ne sit sicut equus sine calcibus et freno, et sicut bos sine stimulo, qui lascivit in prato. *Serm. 2, de S. Nicolao.*

29. Turpe est, et rationi contrarium, ut tibi se refrænata brutalis natura, que tota in lasciviam prona est; sine freno vivat rationalis creatura, que sensualitatis et carnis est domina, et non ancilla. *Serm. 5, de Una virg.*

30. Pudicitia est moderamine rationis petulantiam domare. In *Centiloquio*, part. 3, sect. 42.

31. Oportet carnem restringere, non extinguere; reprimere, non opprimere: ut serviat, non lasciviat; ancilletur, non dominetur. Lib. 2, de *Profectu Relig.*, cap. 1.

32. Voluptates continere, ventrique dominari, est maximi imperii. Lib. 2 *Pedagogi*, cap. 40.

33. Si vis tendere ad perfectionem, necesse est ut studeas mentis tuas viliosas passiones edomare. *De perf. charit.*, art. 4.

34. Quo plus caro premitur, eo de celesti spe animus securius letatur. Lib. 31 *Moral.*, cap. 17, super illud *Job xxxix: Terram ungula fodit.*

35. Tanto mens melius ad superna appetenda componitur, quanto ab illicitis acrius corpus edomatur. *Ibid.*

36. Spiritus per attenuationem sic carnem domat, ut tarde superbiat, et cito conquiescat. Lib. 5, in *1 Reg.*, cap. 1.

37. Discretionem magni moderaminis, carnis cura frenanda est, ut serviat, et minime principetur, ne quasi domina animum vincat, sed subiecta mentis dominio, quasi ancilla famuletur. Lib. 9 *Moral.*, cap. 40, num. 51.

38. Tenera adhuc et primæ ætatis animalia, sine labore domari solent: quanto citius a vagandi libertate dissueta sunt, tanto facilius vel

S. BERNARD.

HUGO A S. VICTORE.

HUGO CARD.

JOAN. CASS.

S. JOANNESE CERYTOS.

S. BONAV.

CLEMENS ALEX.

DIONYSIUS CARTHUS.

S. GREGORIUS MAGNUS.

JOAN. TRITH.

S. ISID. HISP.

S. JULIUS.

THOMAS A KEMPIS.

SENECA.

colla jugo, vel frenis ora insuescunt. *Epist. 1, ad Demetriad.*

39. Grande est domare luxuriam, et concupiscentie flammam adolescentie facibus æstantem animi virtute restringere. *Epist. 14, ad Mauriti filium.*

40. Quomodo potest libidinem refrænare, qui nec manum valet cohibere, nec linguam? Lib. 16, super *Isai.*, cap. 58, super illud *1 Tim. 3: Jejunatis, et percussitis.*

41. Quando caro domatur, spiritus roboratur. *Super Regul. D. August.*, cap. 3, in illud: *Carnem vestram domate.*

42. Tantum debet quisque carnem suam domare per abstinentiam, quantum valetudo permittit nature. *Ibid.*

43. Sic nutrienda est caro, ut serviat: sic domanda, ut non superbiat.

44. Qui de statu peccati egrediuntur, debent carnem domare, et sic in terram viventium ad Deum Patrem ire. *Super Gen.*, cap. 45.

45. Tantum caro domanda est, quantum valetudo permittit: id est, tantum ut carnis lascivia reprimatur, et natura custodiatur. *Ibid.*, cap. 46.

46. Iræ contendendus est furor, tristitiæ superanda est dejectione, vana gloria contemnenda, superbie calcandus est fastus, mentis quoque ipsius instabiles vagique discursus assidua Dei memoria refræmandi. Lib. 5, de *Carnob. Inst.*, cap. 40.

47. Non est vulgaris negotii refrænare cupiditatem, cohibere sitim inanis gloriæ, coercere fastidium, a deliciis temperare, et in aspera degere disciplina. *Conc. 3, De Lascivo.*

48. Carnes doces imperare ventri, et furorem in leone domas, et ferociam in equo, et teipsum domare nescis. *Homil. 34, super Acta Apost.*

49. Magnum est, corpus frenare. *Homil. 9, de Pœnit.*

50. Adversarius noster caro, tanto nobis periculosior est, quanto vicinior: quem domari oportet, ne impugnatus insolenscat: demandus, inquam, est, non occidendus. Lib. 1, de *Tentat. Relig.*, cap. 3.

51. Non potest quispiam spiritalia bella suscipere, nisi prius carnis edomaverit cupiditates. Lib. 2, de *Sim. bono.*, cap. 44, sent. 1.

52. Equus bene frenatus, est corpus inedia domitum. *Orat. 1, de Gula.*

53. Virtuosis est passiones domare, quam dæmones fugare. *De Disciplina claustral.*, cap. 1, sect. 5.

SENTENTIE PAGANORUM.

54. Nulli sunt tam feri, et sui juris affectus,

ut non disciplina perdomentur. Lib. 2, de *Ira*, cap. 42.

55. Ut licentiosa mancipia, animi imperio coerce linguam, ventrem, et libidinem. *De morib.*

Vide etiam tit. *Gula*, sent. 93; *Libido*, sent. 49, 55, *Victoria sui*, sent. 18, 19.

## DOMINIUM, DOMINUS, DOMINARI.

*Definitio.* Dominium est jus habendi, possidendi, et utendi aliqua re simpliciter pro libito voluntatis; vel secundum aliquem determinatum modum ex quadam superioritate et auctoritate. Part. 3, tit. 3, de *Domin.*, cap. 3, § 4. Cujusque dominus is est, qui ea que ipse vult potestatem habet vel conservandi, vel eripiendi. In suo *Enchirid.*, cap. 20.

Dominium est principatus justus quem nemo accusare potest. *Syzygia 6, de Definit.*

SENTENTIE PATRUM.

1. Dominus nomen magnificentie, nomen est potestatis. Lib. 4, de *fine ad Gratianum*, cap. 1.

2. Asperitas verborum reddit dominos servis onerosos, ut non eis a servis prompto animo serviant. Part. 4, tit. 2, cap. 5, § 7.

3. Sic cum inferiore vivas, quemadmodum superiorem tecum vivere velis. *Ibid.*

4. Considerare debent domini se cum servis ab uno Deo esse productos, ad suam imaginem esse factos, et ejusdem gloriæ esse capaces. *Ibid.*

5. In dominationibus et servitutibus clara justitia est, ut qui excellunt ratione, excellent dominatione. Lib. 1, *Quæst. super Genes.*, quæst. 133.

6. Cum quis hominibus dominari affectat, intolerabilis omnino superbia est. Lib. 7, de *Doctr. christ.*, cap. 23.

7. Homo cum dominari appetit (etsi populi serviant) ipsa ei dominandi libido dominatur. Lib. 4, de *Civitate Dei*, cap. 1.

8. Libido ista dominandi, magnis malis agitatur, et conterit genus humanum. *Ibid.*, lib. 3, cap. 44.

9. In domo justus vivens ex fide, qui imperant serviunt eis quibus videntur imperare. *Ibid.*, lib. 19, cap. 14.

10. Qui contemptor gloriæ, dominationis est avidus, bestias superat crudelitate vitæ, sive fluxu luxuriæ. *Ibid.*, lib. 5, cap. 19.

11. Hominem rationalem factum ad imaginem suam, noluit Deus nisi irrationalibus dominari; non hominem homini, sed hominem pecori. *Ibid.*, lib. 19, cap. 15.

S. ANTONIUS.

EPICETUS.

ELATO.

S. AMBROS.

S. ANTONIN.

S. AUGUST.

12. Iusti non dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi; nec principatum superbia, sed providendi misericordia. *Ibid.*, cap. 14.

13. Qui imperant, servant eis quibus imperare videntur; neque enim dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi. Lib. 19, de *Civ. Dei*, cap. 14.

14. Sicut predest humilitas servientibus, ita nocet superbia dominantibus. *Ibid.*, cap. 1.

15. Non fero quisquam est, qui careat amore dominandi. Super *Psal.* 1, vers. 1: *Et in cathedra pestilentia non sedet.*

16. Nullus fere est, qui careat amore dominandi. Super *Psal.* 1.

17. Disce homo obedire, disce terra subdi, disce pulvis obtemperare, Deus se hominibus subdit, et tu dominari gestiens hominibus, tuo te præponis auctori? Homil. 1, super *Missa*.

18. Quam pauci evadunt, quibus non dominandi libido dominetur! *Serm.* 4, *Ascens.*

19. Amont te domesticus tui: si non, facito ut timeant. Lib. 4, de *Covisid.* ad *Eugen. Pap.*

20. Non oportet ut vitia domus tuæ ultimis scias; quapropter alius aliud dispensat, de disciplina tu provide. *Ibid.*

21. Nullum venenum, nullus gladius plus formidandus est, quam libido dominandi. *Ibid.*, lib. 3.

22. Vere dominus est, qui non eget servo. Collat. 35, super cap. 6, *Joan.*

23. Vera dominatio est non pejororum excessus, sed omnis et pulchrorum et bonorum possessio, et cadere non valens fortitudo. *Prose.*

24. Vera dominatio est servitute privata, habitu libera, nullo modo in subjectos tyrannica, dilectione fibilibi, severa et mansueta. *Ibid.*

25. Intolerabile jugum peccatorum, et fœda dominatio et orbescenda subjecto. Homil. 4.

26. Necessè est devotum famulum dolore cruciari, quando irreverentissimum aliquid de domino contingit audire. Super *Psal.* xcix, vers. 5.

27. Cum austeritate et potentia imperant, qui subditos suos non tranquille ratiocinando corrigere, sed aspere inflectere dominando festinant. Lib. 23 *Moralium*, cap. 7.

28. Dominorum est servos alere, non negligere; delinquentes corrigere, non necare; fugientes require, non abdicare. Super *septem Psalm. Penitent.* super *Psal.* 1, vers. 1.

29. Custodia fidei dominorum fulget imperium. Lib. 5, in *Registro*, indict. 14, cap. 163, epist. 63, ad *Maurit. August.*

30. Ubi nullum est imperium, ibi nullus ordo: ubi multorum imperium, ibi seditio. Lib. 3, de *Theologia*.

31. O extrema conditio! dominum, si crudelis est, oportet vereri propter nequitiam subjectorum: si mitis est, contingit illum contemni propter insolentiam subjectorum: severum ergo metus affligit, mansuetum vilitas parvipendit. Nam crudelitas parit odium, et familiaritas parit contemptum. Lib. 1, de *Contemplat. mundi*, cap. 15.

32. Vere dominationem in illo non potest excercere peccatum, qui dominatur affectibus peccatorum. Collat. 21, *Abbat. Theonæ*, cap. 30.

33. Boni domini est, omnia providere quæ ad utilitatem pertinent servi: boni autem servi est, fideliter operari, et non discutere domini sui actus. Homil. 28, super *Matth. Oper. imperfect.*

34. A subjectis venerari magis, quam timeri stude: subjecti plus te revereantur, quam metuant: plus tibi officio dilectionis, quam necessitate adhereant. *Prose.*

35. Talem te redde subditis, ut magis ameris, quam timearis.

36. Ex reverentia enim amor procedit, odium timor affert, fidem metus tollit, affectus restituit.

37. Quapropter tempera domini austeritatem, summa bonitate subditos rege: nec sis terribilis, sed amabilis in subjectis.

38. Sic eis dominare, ut tibi delectentur servire, et in disciplina et in modestia modum para: nec nimium, nec parum indulgeas, nec modicum, nec satis ignoscas. Lib. 2, de *Synonym.*, cap. 16.

39. Non natura, sed infirmitas et superbia fecit hominem hominibus dominari. *Prose.*

40. Nusquam reperies quod Deus mandaverit, ut hominibus dominarentur homines: verum ut homo homines regeat, hoc in divinis frequentissime claret eloquiis. De *Regin. prælat.*, cap. 2.

41. Dum dominari magis, quam consulere subditis queritur: placet honor, inflat superbia. Epist. 84, ad *Anastas. episc. Thessalon.*, cap. 1.

42. Saepè multorum dominatio, eorum est damnatio. *Prose.*

43. Quot paupertas ad cœlum promovet, tot cum dignitatibus suis infernus absorbet. Epist. 131, ad *quendam Prior.*

44. Boni domini bonus famulus. Lib. 3, de *Gubernatione Dei*.

45. In domo sua dominus quasi corporis sui caput est, et vitia ejus cunctis norma vivendi. *Ibid.*, lib. 7.

46. Morbido autem capite nil sanum est: neque ullum omnino membrum officio suo fungitur, nisi quod est principale non constat. *Ibid.*

S. INNOC. III.

JOAN. CASS.

S. JOANNES CHRYSOST.

S. ISIDORUS HISPAL.

## SENTENTIE PAGANORUM.

ANISTOTEL. 47. Dominus est, non in possidendo servos, sed in utendo servis. Lib. 1, *Polit.*, cap. 4.

48. Equum maxime pinguem facit oculus domini. Lib. 1, *Æconomic.*, cap. 6.

49. Eum, qui nunquam servivit, nec bonum laudabiliter unquam dominum futurum, perspicuum est. Lib. 6, de *Legibus*.

50. Ille multorum est dominus, sed plurimum, scilicet victorum, servus. Epist. 9.

51. Sic cum inferiore vivas, quemadmodum te eum superiorem velles vivere. *Prose.*

52. Quoties in mentem venerit, quantum tibi in servum liceat, veniat in mentem tantumdem in te domino tuo licere. Epist. 47.

53. Servus tuis hilarem te præstes, non superbe superiorem: coiant potius te, quam timeant. Epist. 47.

54. Dominus, qui in servos irascitur, et crudelis est, satis ostendit potestatem adversus alienos sibi defuisse. De *Moribus*.

Vide etiam tit. *Servitus*, sent. 21, 23, 31; *Timor*, sent. 75.

## DOMUS.

COLLECTOR. *Definitio.* Domus proprie est adificium ad habitaculum factum, quod ex tecto et pariete constat.

## SENTENTIE PATRUM.

S. AMEROS. 1. Bona domus, in ipso vestibulo agnosci debet, ac primo præstendat in gressu, nihil intus latere tenebrarum. Lib. 2, de *Virginibus*.

S. ANTONIN. 2. Domus est tutissimum hominis receptaculum. Part. 4, tit. 2, cap. 6, § 2.

3. Mulieris est domi philosophari, id est in domo operas continue se reddere, et a discursibus se cohibere. Part. 4, tit. 2, de *Præsentia*, cap. 5, § 2.

S. ANTONIUS DE PADUA. 4. Beata illa domus, quam sapor sapientiæ afficiit, in qua ipsa sapientia requiescit. *Serm. Dom.* 40, post *Trin.*

5. Domus ex tribus consistit: fundamento, parietibus, tecto; in fundamento, humilitas; in parietibus, virtutum congeries; in tecto, charitas notatur. *Ibid.*

S. AUGUST. 6. Domus nulla tam felix, in qua non aliquod flagitium extiterit. Epist. 137, ad *Clerum*.

7. Quantumlibet vigilet disciplina domus mea, homo sum, et inter homines vivo, nec mihi arrogare audeo, ut domus mea melior sit quam Arca Noe, ubi tamen inter octo homines reprobus unus inventus est. *Prose.*

8. Aut melior sit quam domus Abraham, ubi dictum est: Ejice ancillam et filium ejus.

9. Aut melior sit quam domus Isaac, cui de

duobus geminis dictum est; Jacob dilexit, Esau odio habuit.

10. Aut melior sit quam cohabitatio ipsius Domini Christi, in qua undecim homi, perfidum et furem Judam toleraverunt.

11. Aut melior sit postremo, quam cœlum, unde Angeli ceciderunt. *Ibid.*

12. In domo justii viventis ex fide, qui imperant, servant eis, quibus videntur imperare. Lib. 19, de *Civitate Dei*, cap. 14.

13. Ubi caro imperat, et spiritus servit, perversa domus est. Recta domus est, ubi vir imperat, femina obtemperat. Tract. 2, super cap. 1, *Evang. Joan.*

14. Si negotiationis domus, non debet fieri domus Dei, dissolutio debet fieri? *Ibid.*, tract. 10, de cap. 2, super illud: *Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.*

15. Diabolus intrare non potest domum, in qua pax dominatur. *Serm.* 2, ad *fratres in æreno*.

16. Alii illi sunt in domo Dei, ut ipsi etiam sint eadem domus Dei: alii autem ita dicuntur esse in domo Dei, ut non pertineant ad compagem domus. Lib. 7, contra *Donatist.*, cap. 51.

17. Non vis corrumpi domum tuam, quare corrumpis domum Dei? De *decem chordis*, cap. 10.

18. Lætitia domus lætissimi significat eorum qui lætantur in domo, etiamsi non eos domus ipsa, sed alia res lætos faciat. Lib. 11, de *Civ. Dei*, cap. 8.

19. Adduc ad domum Dei tecum, qui in domo tua sunt tecum: vel non te pigeat in domum Dei cum illis venire, qui in domum tuam soliti fuerant convenire. Epist. 66.

20. Filii cum parentibus unam domum habent suam, et domum Dei non habent unam. Epist. 147.

21. Domum tuam intras propter requiem temporalem, domum Dei intras propter requiem sempiternam. Si ergo in domo tua ne quid perversum fiat ætatis; in domo Dei non debes ferre quantum in te est, si quid forte perversum videris. Tract. 11, super *Joan.*

22. Domus Dei adhuc adificatur. *Ibid.*, tract. 68.

23. Infelix, qui habitationem inimico accommodans, de se arma ministrat adversario. Orat. 36.

24. Felix domus est, ubi de Maria et Martha conqueritur: nam Maria Martham cœmulari, indignum prorsus est. *Serm.* 3 *Assumpt. B. M.*

25. Mira absurdio? domus ardet, ignis instat a tergo, et fugientes prohibetur egressi, evadenti auctetur regredi, ab his qui in incendio positi sunt. Epist. 111.

26. Quid est negligentia gubernantis domum?

S. BASHIUS

SKLEDC.

S. BERNARD.

ignis validus in domo accensus, Epist. de Cura et regim. rei familiaris.

27. Si vis edificare domum, inducat te necessitas, non voluntas: cupiditas enim edificandi, edificando non tollitur. *Ibid.*

BORTIUS.

28. Famuli si vitiosi moribus sunt, perniciosa domus sarcina est. Lib. 2, de Consolat. philosoph., prosa 5.

29. Humili domum momento certus figere saxo. *Ibid.*, lib. 2, metr. 4.

S. DONAV.

30. Domus alta, non in petra, sed in arena fundata, semper minatur ruinam: et tanto major est, quanto situm obtinet altiozem. Serm. 2, de S. Bartholom.

31. Fundata domus in arena, semper minatur ruinam: nec a casu potest esse tuta, nisi diligentissime fuerit conservata. Serm. 6, de SS. Apostol.

CLEMENS

ALEX.

32. Res est pulcherrima, mulier domus custos. Lib. 3 *Pædagog.*, cap. 11.

FRANCISCUS

TIVELM.

33. Recte domus et habitacula, in quibus super terram homines inhabitant, tabernacula vocantur, quoniam minimum temporis in eis permittuntur demorari, neque ulla in eis fixa aut stabilis mansio est. In *Annot. super Psalm.* XLVIII, vers. 11.

34. Frequenter contingit, ut mox, postquam edificata fuerint divitum domus, morte absorbentur: imo nonnunquam et priusquam ad perfectum structura fuerit producta, coguntur, velint, nolint, erectas multis laboribus posteris delinquere. *Ibid.*

35. Sit domus Christiani hominis, immunis a chora diaboli, sit plane humana, sit hospitalis. Tract. 8.

S. GREGOR.

MAGNUS.

36. In domo Domini nil noxium, nilque debet esse confusum. Lib. 7, in *Registro*, indict. 2, cap. 110, epist. 110, ad *Syagrium episcop.*

S. HIERON.

37. Nec quid agatur in una domo, domus alia per te noverit. Epist. 2, ad *Nepotian.*

38. Instar palatii, privatorum extractæ sunt basilicæ, ut vile corpusculum hominis pretiosius inambulet, qui lecta sua volunt magis aspicere, quam cælum. Epist. 18, ad *Marcellam.*

HUGO A S.

VICTORE.

39. Domus Dei, totus est mundus; domus Dei, Ecclesia Catholica est: domus Dei, etiam est quilibet fidelis. *Prose.*

40. In mundo est, ut Imperator in regno: in Ecclesia est, ut pater familias in domo: in anima est, ut sponsus in thalamo. Lib. 1, de *Arca Noe Morali*, cap. 1.

HUGO CAND.

41. Domus Dei est, humanitas Christi, beata virgo, quælibet anima fidelis, conscientia pura, corpus iusti, fides, quælibet virtus, ecclesia militans, ecclesia triumphans, religio, hospitale pau-

perum, vita activa, vita contemplativa, sacra scriptura. Super *Psal.* xxv.

42. Tanta est stultitia hominum, ut ita edificent domos, et præparent, et replent, ac si semper essent victuri: de cælesti vero domo construenda adeo negligentes sunt, quasi non essent in ea nisi per biduum, aut triduum moraturi. Super *Ecclesiasten*, cap. 9.

43. Omnis domus Dei, ubicunque sit, pauperum est, et omnia ejus bona. Super *Matth.*, cap. 5.

44. Domus non extruitur, nisi sit qui ædificet. Homil. 3, super *Genes.*

45. O stultos homines illos, qui pauperibus maledicunt, dicentes inopia universam perturbari vitam, et dedecore claras nonnunquam domos maculari. *Prose.*

46. Quod est enim hoc dedecus? dic quæso. Non est sibi constructus ebone lectulus, non argentea vasa: sed samia cuncta sunt, et lignea, ac magna istud gloria et nobilitas domus est.

47. Quare cum ab exterioribus nimum pendere hominem videas, tunc de decore illius erubescere debes: nullus enim habitus, nulla honesta species in divitum aedibus aspicitur.

48. Nam quando vides ligna peripsematibus velata, lectos exornatos argento, quasi in theatro, et superba scenarum pompa, quid hac deformitate deformius fieri potest?

49. Quæ igitur domus orchestre, ac tripodiorum locis similis est, divitissime an pauperis? Divitis certe, hæc ergo dedecoris plena est.

50. E regione autem, quæ domus Pauli, aut Abrahæ domui conferri potest? nonne domus inopis?

51. Hæc igitur optima atque probatissima domus est: quod ut melius discas, Zachæi domum cogitatione ingrediaris, et considera, cum audisset Christum apud eum mansurum, quomodo eam ornavit.

52. Sic et nos, oro, domos nostras exornemus; ut Christum suscipere mereamur: hæc pulcherrima sunt portarum velamina, ibi colorum rex habitat.

53. Vilitas enim et deformitas domus, non a vasis inordinate projectis, non a neglecto lectulo, non a muris fumo decoloratis, sed ab improbitate habitantium cernitur.

54. Quod inde Christus ostendit, quia virtute habitantis vel vilissimas petere casas non dedignatur: ad improborum autem ædes, etiam aureis contegantur laquearibus, nunquam tamen ingreditur.

55. Illa igitur regia domus rutilantissima est, in qua Dominus omnium habitat: hæc vero

S. JOANNES  
CHRYSOST.

quavis aureis tectis, ingentibusque columnis constet, cloacis tamen, et omni sordite confluentibus rivis similis est, cum diaboli vasa in ea contineantur.

56. Quapropter nusquam videmus Christum in splendidas ædes divertisse, sed regis omissis, et molles indutus purpuras posthabitis, publicanorum casas et piscatorum eligebat.

57. Quare tu etiam, cum ipsum in domum tuam vocare volueris, elemosyna, orationibus, supplicationibus, vigiliis ipsam diligenter ornato.

58. Quas ob res nemo vilitate domus erubescat si his ornamentis eam decorat. Homil. 84, super *Matth. Oper. perf.*

59. Sicut sancti domus facti sunt Christi, ita impii domus sunt diaboli. Homil. 20, super *Matth. Oper. imperf.*

60. Mandus domus est diaboli: sicut enim in domo Dei malum non est, ita in domo diaboli non invenitur bonum. *Ibid.*, homil. 29.

61. Vis domum Dei edificare? da fidelibus pauperibus unde vivant, et edificati rationabilem domum Dei: in domibus enim homines habitant, Deus autem in hominibus sanctis. *Ibid.*, homil. 45.

62. Si in hæc vita ut splendidas nobis domos et salubres comparemus, magnam pecuniarum vim edificando anxii consumimus: qui nobis subeundi sunt labores, ut clarissimam nobis in cælis domum ædificemus, ubi lux illa ineffabilis est? Homil. 55, super *Joan.*

63. Quæ tibi domus utilitas, o homo? numquid ipsam tecum ducens abibis? Non certe, sed animam ducens migrabis, et tamen domum potius quam animam ornas: quomodo non turpe est marmoribus parietes frustra et temere contegere, Christum vero nudum circumventum negligere. Homil. 2, ad *Pop. Antioch.*

64. Domus necessitate major, in cælos transitum impedit. *Ibid.*

65. Vis magnas et splendidas domos edificare? ædifica tabernacula in cælis, et alios suscipere possis, tabernacula nunquam deficienda. *Ibid.*

66. Qui splendidas domos ædificat, post tantos labores, tantosque pecuniarum sumptus inutiles, miser est: et quantumvis ita laboret, ut immortalæm servet sui memoriam, tamen non est hoc tam laudem, quam crimen sibi parere. *Prose.*

67. Nam statim ad hæc subjunguntur plurimarum contumeliarum verba: Domus hæc hujus est avari, hujus rapacis, hujus viduarum et orphanorum spoliatoris. Hoc non est memoriam assequi, sed infamari. Homil. 30, super *Gen.*

68. Civitas ac domus si fuerit scissa, dissolvetur. Homil. 42, super *Matth. Oper. imperf.*

69. Justi et sapientis viri domus non debet illustribus patere, sed humilibus et abjectis. Lib. 6, de *Divin. inst.*, cap. 12.

70. Non aliquo singularitatis oblectu deseras domum tuam, ne alibi domum tibi ædifices ad gehennam. In *Invectiva contra Depravatorem.*

71. Da operam, o anima! ut fias Dei domus sacrosancta, robusta reddita et debilissima, potens ex impotente, ex imprudente intelligens, et delira sapientissima. *De Somniis.*

72. Domus sine triplici conjunctione, scilicet viri et uxoris, patris et filii, domini et servi, non est perfecta. Quæst. 58, art. 7.

73. Omnis bona domus debet habere fundamentum firmum, parietes rectos, fenestras claras, et tectum integrum. Serm. 30, ad *Novit.*, divis. 1.

74. Claudes ostium domus tuæ, et eris in pace. In *Hortulo rosar.*, cap. 11.

75. Quid opus est alienam domum edificare, et propriam subvertere? In *Sent. in fine positis*, sent. 79.

## SENTENTIE PAGANORUM.

76. Ornanda est dignitas domo, at non ex domo tota querenda; nec domo dominus, sed domo domus est honestanda. Lib. 4, de *Officiis.*

77. Cui nusquam domus est, sine sepulcro est mortuus. In *Sent.*, sent. 112.

78. Domus munimentum sit adversus infesta corpori. Epist. 8.

79. Sic habita, ut potius laudetur dominus, quam domus. *De Moribus.*

80. Nulla pusilla domus, quæ multos amicos capit. *Ibid.*

Vide etiam tit. *Ædificatum*, sent. 31; *Disciplina*, sent. 6; *Dominus*, sent. 20; *Episcopus*, sent. 47; *Infernus*, sent. 84; *Nobilitas*, sent. 132; *Regimen*, sent. 127, 128, 191.

## DONUM.

*Definitio.* Donum est gratiæ commutatio. *De Definit.*

*Differentia.* Inter munus et donum hoc interest, quod munus accipientis sit, donum dantis: illud a munendo, istud a dando. Lib. 1, de *Differentiis*, differ. 108.

Observa dona differre a muneribus: illa enim magnitudinem honorum præ se ferunt, hæc intra parvum modum contrahuntur. Lib. 2, *Legis allegiarum.*

## SENTENTIE PATRUM.

1. Quidquid ex affectu puro ac sincero promittitur, hoc est decorum. Lib. 2 *Offic.*, cap. 21.

2. Qui non habet quod donet, adscribi ei culpa

LACT. FIRM.

PETR. ELES.

PHILO JUD.

S. THOMAS  
AQUINAS.THOMAS A  
KEMPIS.IN VITIS  
PATR.

CICERO.

MIMUS PUB.

SENECA.

PLATO.

S. ISIDORUS  
HISPALENSIS.

PHILO JUD.

S. AMERDOS.

non potest, quod non donaverit : qui autem habet quod donet, et non dat, utique obnoxius esse incipit peccato. Super *Psalm. cxviii*, serm. 9, vers. 5.

3. Perit omne quod perditur datur. Serm. 84.  
S. ANSELM.  
4. Plus dat, qui arborum simul cum fructibus, quam qui solos fructus dat. *De similitud.*, cap. 84.

5. Datum offuscet, qui cum tristitia dat, val illud extollit. Part. 4, tit. 4, de *Temperantia*, cap. 4, § 7.

6. Nemo amplius dedit, quam qui sibi nihil reservavit. In *Echort. ad Monachos*.

7. Nemo est donis Dei beatus, qui donanti existit ingratus. *De Bona viduit.*, cap. 16.

8. Qui dat, sic servet hilaritatem, ut qui accipit non perdat securitatem. *De amicitia*, cap. 25.

9. Deus, non qui datur, sed quo animo datur, attendit. Lib. 21, de *Civili Dei*, cap. 27.

10. Habet semper unde det, cui plenum pectus est charitatis. Super *Psalm. xxxvi*, vers. 22.

11. Vis ut Deus det se tibi? quid si quod vis habere, non vult ipse ut habeas, ut se sibi det? impedimenta removet, ut intret ad te, et se tibi det. Super *Psalm. lxxxv*, vers. 4.

12. Deus dare vult, sed non dat nisi petenti, ne det non capienti. Super *Psalm. cii*, vers. 5.

13. Quando non dat Deus, ideo non dat, ne obis quod dat. Super *Psalm. cxvii*, vers. 16.

14. Totum habet, qui bonam voluntatem habet : ipsa est quae potest sufficere, si cetera non sint. Si autem sola desit, nihil prodest quicquid habitum fuerit : sola sufficit, si adsit. Homil. 8, *Ex quinquaginta Hom.*

15. Omnia dona temporalia figuræ sunt donorum æternorum. *Contra Adimant.*, cap. 20.

16. Bona mea, dona tua sunt. Lib. 10, *Conf.*, cap. 4.

17. Res prospera, donum est consolantis : res adversa, donum est admonentis Dei. Epist. 87.

18. Bis dat, qui dat celeriter. In suis *Proverb.*, verbo *Inopi*.

19. Nonne jure perditum reputatur, quod ingrato donatum est? aut dedisse non possidet, quod perisse videtur? Serm. 2, de *Septem panibus*.

20. Cavendum est ex his aut dare quod nobis accepimus, aut quod erogandum accepimus, reddere. Serm. 48, super *Canth.*

21. Numquid non perit, quod donatur ingrato? *Ibid.*, serm. 51.

22. Quis dare velit quod dedisse dedecet, accipiens non prosit?

23. Libenter do, invitus perdo : scimus quoniam sperandi grandia, modica minus grata ve-

nire solent : quod autem non venit gratum, perditum est, non datum.

24. Scio quidem dare quam accipere beatus esse; sed si detur quod danti honestum est, accipienti utile sit. Epist. 153, ad *Bernard. de Partis*.

25. Nullus se poterit excusare, quin omni potenti se tribuat : qui autem dare non possunt, tam afflicti, quam voluntaria pauperlate coacti, voluntatem dare tenentur. Lib. de *Passione Dom.*, cap. 31.

26. Plus te delectet dare, quam accipere : melius est enim dare, quam accipere. Serm. 44, ad *Soror.*

27. Minus est histrionibus dare, nihil aliud est, quam demonibus immolare. Super *Lucam*, cap. 16, in illud : *Omni potenti te tribue.*

28. Copiosius donat, qui ex majori corde donat. *Ibid.*, cap. 21.

29. Dona perfecta gratuita, perfectius dona optima naturalia. *De Septem donis Spirit. sancti in genere*, cap. 2.

30. Minima dona per magna reputa, eris et dignus majora accipere. In *Alphabeta Religiosorum*, lect. 42.

31. Tanto quis deterioris tenetur superbia reus, quanto in melioribus donis existit ingratus. *Prose.*

32. Damnabilis est, qui substantia seculi male utitur : sed damnabilior est, qui spiritualibus donis superbus efficitur. Epist. 6, ad *Theodorum*.

33. Voluntas dantis a Deo pensatur, non dati quantitas. Super *Tobiam*, cap. 4.

34. Quidquid bono animo non datur, apud Deum gratiam non mereatur. Super *Ecclesiastic.*, cap. 8.

35. Qui invitus dat propter presentem pudorem non habet mercedem. Super II, ad *Cor.*, cap. ix in illud : *Non ex tristitia*, etc.

36. Qui spiritualibus donis dotati sunt, terrenis non debent negotiis implicari : cavendum est tamen, ut hi qui donis spiritualibus emicant, nequaquam proximorum infirmitatibus negotia funditus deserant. Super I, ad *Cor.*, cap. 6.

37. Large dat, qui affectum largiendi habet, et si nihil habeat quod largiri possit. Super II, ad *Cor.*, cap. ix in illud : *Hilarem dolorem diligit Deus*.

38. Eorum, qui pauperes opprimunt, dona sunt refutanda. In *Decret.*, part. 1, dist. 90, can. *Eorum*.

39. Plerumque mali, qui provocari donis ad meliora debuerant, donis pejores fiunt. Lib. 11, *Moral.*, cap. 2.

40. Quisquis dona percipit, sed donorum tempore nequaquam etiam flagella pertimescit, in

elationem per letitiam corrumpit. *Ibid.*, lib. 3, cap. 7.

41. Omne quod datur, dantis mente pensatur. *Ibid.*, lib. 22, cap. 8.

42. Quoties digna consideratione aliqua merentibus conceduntur, et Deum laudant, et ipsum ditant sine dubio largientem. Lib. 10, in *Registro*, indict. 5, cap. 2, epist. 3 ad *Anastas. episc. Antiochen.*

43. Quid dat pauper, nisi ea quæ pauperissimus? *Ibid.*, lib. 7, indict. 1, cap. 3, epist. 3 ad *Anastas. episc.*

44. Non in omnipotentis Dei iudicio quid datur, sed a quo datur aspiciatur. *Ibid.*, lib. 7, indict. 2, cap. 126, epist. 126 ad *Recharodum regem Visigothor.*

45. Dum per occultum tumorem apud semetipsum extollitur, ejus qui donum tribuit, gratia privatur. *Ibid.*

46. Necessè est ut de dono celesti et timendo gaudeas, et gaudento pertimescas. *Ibid.*, lib. 9, indict. 4, epist. 59 ad *August. episc. Anglor.*

47. Donando magnificus, jucundius dat, quam alii accipiunt. Orat. 3, de *Sancto lavacro*.

48. Nunquam petentes, raro accipiamus rogati; beatus est enim dare, quam accipere. Nescio quomodo etiam ipse qui deprecatur ut tribuat, cum acceperit, viliores te iudicat, et mirum in modum, si eum rogantem contempseris, plus te posteris veneratur. Epist. 2, ad *Nepotian.*

49. Non est grata donatio, si unus offerat rem duorum. Epist. 44, ad *Celsianum*.

50. Dat Deus temporalia bonis et malis, sed se non dat, nisi tantum modo bonis. Homil. super *Psalm. xxxiii*.

51. Dona pauperum, lucra sunt animarum. Serm. de *Zachaeo*.

52. Donum non est accipientis meritum, sed largitoris liberalitatis gratificatio. Serm. de *Verb. Apostol. Habentes eundem spiritum*, etc.

53. Non quaeritur num multa quisque dederit, vel modica; sed an non minus dederit, quam potuerit. Serm. 1, super *Epist. ad Coloss.*

54. Perit quidquid gratiae causa tribuitur non indigentibus, aut cum fœnore reddit. Lib. 6, de *Divin inst.*, cap. 11.

55. Semper illi quod largiatur occurrit, cui bene velle non defuit. Serm. 1, de *Jejun. decimi mensis*.

56. Temporale donum, in præmium transit æternum. Serm. 2, de *Jejun. septimi mensis*.

57. Quicumque dat aliquid quod multiplicetur sibi debet prompte, abundanter, et hilariter dare. Super II, *Cor.*, cap. 9.

58. Qui obligat se ad dandum aliquid minus,

non reputatur reus, si dederit majus. *De Perfect. vite spirit.*, cap. 25.

## SENTENTIA PAGANORUM.

59. Gratia sequitur eum, qui dat, non eum qui non capit; et laus etiam magis : facilius est etiam non accipere, quam dare. Lib. 4 *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 1.

60. Quod donare potes, gratis concede roganti. Lib. 4 *Distichor.*, metr. 19.

61. Manus manum fricat : da aliquid, et cape aliquid. In dialogo. *Aziachi*.

62. Ne cessaveris dare, opus tuum perage, et partes boni viri exequere. Lib. 4, de *Benefic.*, cap. 2.

63. Non quid fiat, aut quid detur refert, sed qua mente. *Ibid.*, cap. 6.

64. Multo gratius venit, quod facili; quam quod plena manu datur. *Ibid.*, cap. 7.

65. Non quanti quæque sunt, sed a quali dentur, perspicendum est. *Ibid.*, cap. 9.

66. Sic demus, quomodo vellemus accipere : ante omnia libenter, cito sine ulla dubitatione. *Ibid.*, lib. 2, cap. 1.

67. Qui tarde dedit, et diem extrahens profuit, non ex animo fecit. *Ibid.*, cap. 5.

68. Idem est quod datur, sed interest quomodo datur. *Ibid.*, cap. 6.

69. Quam dulce, quam pretiosum est, si gratias sibi agi non est passus, qui dedit : si dedisse, dum dat, oblitus est. *Ibid.*

70. Omni genere, quod des, quo sit acceptus, adornandum est. *Ibid.*, cap. 8.

71. Qui quod dedit imputat, gratiam destruit : et qui quantum det ostendit, munus suum non commendat, sed exprobrat. *Ibid.*, cap. 15.

72. Estimanda est persona, cui datus. *Ibid.*

73. Non refert quid sit quod datur, nisi a volente volenti datur. *Ibid.*, cap. 18.

74. Turpissimum genus periculi est, inconsulta donatio. *Ibid.*, lib. 4, cap. 10.

75. Stultum est dare alicui, quod accipere non possit. *Ibid.*, lib. 7, cap. 13.

76. Non est magni animi, dare, et perdere : sed hoc est magnanimi, perdere et dare. Lib. 7, de *Offic.*, cap. ultim.

77. Plurimum interest, utrum quis dare sciat, servare nesciat : multi sunt enim, qui non donant, sed projiciunt. Epist. 128.

78. Id quod datur nec bonum, nec malum est : animus est, qui parva extollit, sordida illustrat, magna et in pretio habita deonestat. Lib. 1, de *Benefic.*, cap. 6.

79. Magis nos obligat, qui dedit parva magnifice, qui regum æquavit opes animo : qui equum tribuit, sed libenter. *Ibid.*, cap. 27.

ARISTOTEL.

CATO POET.

PLATO.

SENECA.

S. DONAV.

S. GREGOR.

NAP.

S. HIERON.

S. FULGENT.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

S. JOANNES

CHRYSTOST.

LACT. FIRM.

S. LEO I.

CRATIANUS.

S. GREGOR.

MAGNUS.

S. THOMAS

AQUINAS.

- SIXT. PHIL. 80. Occasiones donorum perquire, etiam cum labore. Sent. 92.  
81. Quacunq; dat mundus, nemo firmiter tenet. *Ibid.*, sent. 390.  
Vide etiam tit. *Dilatatio*, sent. 12, 13; *Elenchy-na*, sent. 24, 26, 27, 33, 44, 99, 100, 101, 102; *Euchristia*, sent. 32; *Ingratitudo*, sent. 18; *Invidie*, sent. 26, 23; *Misericordia in genere*, sent. 95, 96, 98; *Opus*, sent. 82; *Reddererationem*, sent. 30; *Virtutes theolog.*, sent. 69.

## DORMIRE.

- CASSIODOR. *Definitio*. Dormire est a sensibus carnis remissa mentis intensione requiescere. Super *Psal.* XL.  
Dormire est ad actus vite nostre reparatio animi vigore remeare. *Ibid.*  
S. GREGOR. NISS. Somnus nihil aliud est, quam brevis et temporaria mors. *De somno et vigilia*. Habetur apud D. Joan. Damascen., lib. 3. *Parall.* 88.  
HUGO CARD. *Divisio*. Est dormitio quadruplex, scilicet dormitio nature, dormitio mortis, dormitio culpae, dormitio gratiae. Super *Genes.*, in cap. 8.  
DIONYSIUS CARTHUS. *Comparatio*. Sicut corporaliter dormit, qui oculos carnis tenet clausos, nec utitur ratione; sic spiritaliter quod dormit qui oculos mentis ad ea quae Dei sunt, ac suae salutis, non aperit. Super *Apocal.*, cap. 3, art. 4.

## SENTENTIAE PATRUM.

- S. AMBROS. 1. Dormire non prius cupiditas, quam necessitas fit: et tamen cum quiescit corpus, vigilet animus. *Prose.*  
2. Qui frequenter in somnis aut lecta repetit, aut somno interrupta continuat, aut disposita gerit, aut gerenda praenuntiat. Lib. 2, *de Virginit.*  
3. Dormiat caro tua, vigilet fides; dormiant illicebrae corporis, vigilet cordis prudentia. In *Exhortat ad Virgines*.  
4. Perfidus dormit Jesus, fidelibus vigilat. Super *Psal.* XLIII.  
5. Grave est si te otiosum in stratis radius, solis orientis invocando pudore inveniat. Super *Psal.* cxvii, serm. 19, vers. 4.  
S. ANTONIN. 6. Nec somnus Sanctorum vacat a meritis. Part. 4, tit. 9, cap. 1, § 2.  
S. ARSENIUS. 7. Sufficit una hora Monacho ad dormiendum, si pugnatore fuerit, et adversarius vitorum. Habetur apud Joannem Trithemium. Homil. 47, *ad Monachos*.  
S. AUGUST. 8. Si dormiat fides vestra, dormit Christus in vobis: in quo autem non dormit fides, vigilat Christus. Super *Psal.* cxx, vers. 4: *Ecce non dormitabit, etc.*

9. Vigilat hostis, dormis tu? Super *Psal.* lxxv.  
10. Cum dormis, benedict anima tua Dominum: non te excitet cogitatio flagitii, non te excitet depositio furti, non te excitet conducta forte corruptio. Innocentia tua etiam in dormiente, vox est animae tuae. Super *Psal.* cii, vers. 1.  
11. Medicamentum lassitudinis, somnus est: medicamentum fatigationis, dormitio est, medicamentum dormitionis, viglatio est. Homil. 38, *Ex quinquaginta Hom.*  
12. Nimia dormitio hebetem ad virtuosa reddit hominem, et inertem: negligentiam parit et fovet, ex quo facilius mens ad casum omnibus tentationibus patet. Sermon. 1, *de Christiana vita*, art. 1, cap. 2.  
13. Dormiens in contemplatione, Deum somniat. Sermon. 18, super *Cant.*  
14. Non est tutum dormire vicinis serpentibus. Epist. 241, *ad Tholosanos*.  
15. Cave in quantum potes, serve Dei, ne totus aliquando dormias: ne sit somnus tuus non requies lassus, sed sepultura corporis suffocati: non reparatio, sed extinctio spiritus tui. *De vita solit.*  
16. Suspecta res est somnus, et ex magna parte ebrietati similis. *Ibid.*  
17. Iturus ad somnum, semper aliquid boni defer tecum in memoria, vel cogitatione; in quo placide obdormias, quod nonnunquam etiam somniare juvet. *Ibid.*  
18. Sobrius cibum sequitur sobrius somnus. *Ibid.*  
19. Ruminantem psalmos somnus te occupet, ut in somno somnies te dicere psalmos. In *Formula honeste vite*.  
20. Vere periculosus est somnus negligentiae: Nee dormiens denudatur, Tobias dormiens excutatur, Isoseth dormiens jugulatur. Sermon. 4, *Dom.* 2, *post Epiph.*  
21. Stultum est, et rationi contrarium, ibi dormire, ubi est vigilandum. Sermon. *S. Petro ad vincula*.  
22. Valde turpe est, ut brutum volatile pro sua salute vigiliam tentat, et rationale animal dormiat. *Prose.*  
23. Nam et leo si cogente natura dormiat, semper tamen ejus oculi vigilant, eo quod eos dormiendo non claudat.  
24. Lepusculus etiam, quando dormit nunquam oculos claudit; in quibus decemur non dormire, sed semper vigilare. Sermon. 4, *de Angelis*.  
25. Beatus Arsenius dixit, quod Monacho sufficeret, si una hora dormiret. Vae igitur illis miseris, qui tota nocte dormiunt, ut in die vanitatis intendant. *Ibid.*

CLEMENS ALEX. S. CYPRIAN.

GHLEBERT. ANGLUS. S. GREGOR. MAGNES.

S. BERNARD. DIN. SEN.

S. BERNARD.

S. ELERON.

S. HILARIUS.

HUGO A S. VICTORE.

S. BONAV.

HUGOCARD.

JOAN. CASS.

S. JOANNES CHRYSOST.

JOAN. TAVTA.

26. In lanuginosis plumis dormire, est noxium. Lib. 2 *Padadogi*, cap. 9  
27. Christianus cum dormit oculis, debet corde vigilare. *De Orat. Dominica*, cap. 14.  
28. Non dormiat in thesauris suis, qui pauperes dormire non sinit. *De duodecim Abusion.*, cap. 4.  
29. Amantis anxietas illum dormire non sinit. Sermon. 2, super *Cant.*, apud S. Bernard., num. 6.  
30. Dormire est, in peccatis jacere. Lib. 8 *Moral.*, cap. 6.  
31. In terrenis desideriis oculos mentis claudere, in pulvere dormire est. *Ibid.*, lib. 15, cap. 34.  
32. Insidiatur hostis ut rapiat, et tu frondosa arboris lectus umbraculo molles somnos, futurus praeda, carpis? Epist. 1, *ad Heliodor.*  
33. Nulla securitas est, vicino serpente dormire: potest fieri ut me non mordeat, tamen potest fieri ut aliquando me mordeat. Epist. 6, *advers. Vigilant.*  
34. Non prius corpusculum requiescat, quam animam pascat. In *Regula Monachorum*, cap. 14, *de Contemplat.*  
35. Monachus, qui non vigilat, sed dormit, non custodit se. Super *Psal.* LXXVI, vers. 4.  
S. HILARIUS. 36. Qui dormit, in ipso somni opere est: qui autem dormiat, antequam dormiat, dormitat. Super *Psal.* cxvii, vers: *Adhaesit pavimento anima mea*.  
HUGO A S. VICTORE. 37. Somnus officium membrorum tollit, paulatim serpit, phantasmatia ingerit, corpus aggravat, postea ipsum fovet ad laborem. Lib. 4, *de Propriet. rerum.*, cap. 17.  
HUGOCARD. 38. Turpe est Christiano, si radius solis eum invenerit otiosum in lecto. Super *Psal.* v.  
39. Usurarius nunquam dormit, sicut diabolus. Super *Psal.* xiv.  
40. Laqueos comedis et hibis, et in laqueis quiescis et dormis. Super *Prov.*, cap. 2.  
JOAN. CASS. 41. Nullatenus poterit fragilis caro ita totius noctis quiete fraudari, ut per consequentem diem sine dormitatione mentis animique torpore inconsciam possit servare vigilantiam. *De Cenob. lib. 3, de Noct. Orat.*, cap. 8.  
42. Somnus sanitatis, in medioeri satietate consistit. Homil. 16, super *Acta Apost.*  
S. JOANNES CHRYSOST. 43. Qui naturali somno quiescit, nec bonum, nec malum operatur. Homil. 50, in *Genes.*  
44. Dormit, qui in peccatis est. Sermon. 18, super *Epist. ad Ephes.*  
45. Periculosum est se in eo statu reponere ad lectum, in quo quis mori non vellet. In cap. 4, *Regulae S. Bened.*, verbo *Hinc*.  
46. Dormiendi consuetudo postquam Monachum

- semel captivum abduxerit, raro liberum permittit. Lib. 4, Homil. 17, *ad Monachos*.  
47. Somnus multus est comes et soror libidinis, raptor vite hominis, imago mortis, oblivionis conciliator, inertia conjux. *Ibid.*  
48. Somnus immoderatus stomachum corrumpit, cerebrum laedit, cor simul et animam dissolvit. *Ibid.*  
49. Frequenter somno deditus sapientiam spernit, castitatem prodituit, animam salutem negligit, tempus pretiosum perdit, mentem interficit, vitia nutrit. *Ibid.*  
50. Quam secure dormit, qui Deum suorum meruit habere custodem. Sermon. 7.  
51. Quid tam mortis simile, quam dormientis aspectus? quid tam vita plenum, quam forma vigilantis? *Prose.*  
52. Indulgendum est somno, ut corpus reparat, non resolvat: et vires revocet, non emervet. *Ibid.*, serm. 24.  
53. Praevient somnus accubitus, non accubitus somnum: ut quo difficilius necessitas dilata conceditur, a fessis membris avidius rapiatur. *Opusc.* 48, cap. 14.  
54. Sit lectus tuus velut sepulcrum, in quo quieturus es modicum, paulo post iterum surrecturus ad Dei laudes celebrandas. *Prose.*  
55. Quantum preparatus transis dormitum, tanto expeditior eris ad surgendum. *De exercit. spirit.*, cap. 11, sect. 2.  
56. Non est utilis servus, qui feriatos dies ad hoc expectat, ut dormiat. Homil. 19.  
57. Satietas somni mentem sensumque hominis, stupidum pigrumque reddit. Lib. 3, num. 2.  
58. Sufficit Monacho; si dormierit unam horam, si tamen pugnatore est. Lib. 5, libell. 4, *de Continent.*  
SENTENTIAE PAGANORUM.  
59. Scire oportet nullum penitus animal esse, quod aut semper vigilando, aut semper dormiendo vitam agat, imo vero eidem animalis res utraque tribuitur; nec animal ullum est, quod utraque privetur. *De somno et vigilia*.  
60. Somnia ne cures: nam mens humana quod optat, Dum vigilat sperans, per somnum cernit id ipsum. Lib. 2 *Distichor.*, metr., 68.  
61. Jacet corpus dormientis, ut mortui; viget autem et vivit animus. Lib. 1, *de Divinat.*  
62. Somnus et vigilia modum si excesserint, malum. *Commentara.* 2, *Aphorism.*  
63. Bene dormit, qui non sentit quam male dormiat. In suis *Sentent.*, sent. 58.  
64. Dormio minimum, brevissimo somno utor:

S. PETRUS CHRYSOL.

S. PETRUS DAMIANUS

THOMAS A KEMPIS.

S. VALER.

IN VIT. PATR.

ARISTOTEL.

CATO FORE.

CICERO.

HYPOCRAT.

MIMUS PUB

SENECA.

satis mihi est vigilare desisse, aliquando dormisse me scio, aliquando suspicor. Epist. 83.  
65. Stultum est somno delectari, et quasi mortem moliri. *De Moribus*.  
Vide etiam tit. *Chorus*, sent. 40, 44; *Officium divin.*, sent. 6.

## DUBIUM.

**COLLECTOR.** *Definitio.* Dubium est iudicio deficiente acceptio utriusque partis cum formidine, et ad neutram partem determinatio. *Vel.* Dubium est motus indifferens in utramque partem contradictionis. *Vel.* Dubium est equalitas rationum contrarium.

## SENTENTIE PATRUM.

- S. ANTONIN.** 1. In dubiis tutior via est eligenda, propter quod scrupulosus eligat viam rigidiorum. Part. 1, tit. 3, cap. 10, § 10.  
2. In dubiis bonorum vita, aliis vivendi regula est: et tanto magis, quanto meliores sunt. *Ibid.*, cap. 10, § 10.  
3. Dubia melius solvuntur ratione, quam inquisitione. Part. 3, tit. 16, cap. 40, § 3.  
4. In rebus dubiis et incertis ratio non debet proferre iudicium absque inquisitione rationis precedentem. Part. 4, tit. 2, de *Prudentia*, cap. 1, § 4.  
**S. AUGUST.** 5. De omnipotentia Dei et iustitia dubitare, de mentis est. Lib. 4, *Retract.*, cap. 9.  
6. Omnis, qui utrum sit veritas dubitat, in seipso habet verum, unde non dubitet: non itaque oportet eum de veritate dubitare, qui potuit undecumque dubitare. *De vera Relig.*, cap. 39.  
7. Si mens dubitat unde dubitet, meminit; si dubitat, dubitare se intelligit; si dubitat, certa esse vult; si dubitat, cogitat; si dubitat, scit se nescire; si dubitat, iudicat non se temere consentire oportere. Lib. 10, de *Trinit.*, cap. 10.  
8. Melius est dubitare de occultis, quam litigare de incertis. Lib. 8, de *Genesi ad litt.*, cap. 5.  
9. Nemo debet cum trepidatione predicare, unde non potest dubitare. Super *Psal.* lxxxviii, vers. 5.  
10. Tene certum, dimitte incertum. Homil. 44, *Ex quinquaginta Homil.*  
**V. BEDA.** 11. Gravis animus dubiam non habet sententiam. In suis *Proc.*, verbo *Gravis*.  
**S. BERNARD.** 12. Nemo super his que certa sunt hæset, nemo dubia pro certis admittat, nemo sibi in dubiis iudicium vendicat. *Serm. Quomodo voluntas nostra divina voluntati subijci debeat*.  
13. Unicum in dubiis remedium, seu refugium, oratio est. *Serm.* 57, super *Cant.*  
14. In rebus dubiis plus alieno se, quam pro-

prio credendum est iudicio. Epist. 82, ad *Abbat. S. Joan. Carnut.*

15. Error est humane mentis, certa recipere pro dubiis, dubia pro certis. Epist. 85, ad *Vilhelmum abb.*

16. Nunquam pertinaciter aliquid affirmes, aut neges: sed sint tute affirmationes et negationes dubitationis sale condito. In *Notabili documento*.

17. Anxius spiritus vicinitatem periculi prodit. **CASSIOGOR.** Super *Psal.* cxlii, vers. 4: *Et anxietus est.*

18. Dubiis in fide Christi, inhærere certialis est quadam parata submersio, ac naufragium. **S. GAUDENT.** In *Resp. ad Paulum*.

19. Cum in dubiis constringimur, utiliter minimis subdimur, ne in magnis sine venia peccemus. Lib. 32 *Moral.*, cap. 17, num. 32.

20. In rebus ambiguis, absolutum non debet esse iudicium. Lib. 2, in *Registro*, indict. 2, cap. 83, epist. 44, ad *Andream episc. Tarentin.*

21. Minus nobis Maria Magdalena prestitit, quam citius credidit, quam Thomas, qui diu dubitavit. **S. GREGOR. MAGNUS.**

22. Ille etenim dubitando vulnere cicatricea teligit, et de nostro pectore dubitationis vulnus amputavit. Homil. 29, super *Evang.*

23. Ubi quid ambiguum est, non cito sententiam proferamus. Lib. 2, super *Matth.*, cap. xiii, super illud: *Qui seminat bonum semen, etc.* **S. HIERON.**

24. Dubia in meliorem partem semper vertenda sunt. *De Quest. circa Epist. ad Rom.*, quest. 315. **HUGO A S. VICTORE.**

25. Pessimus in dubiis angur, timor est: nam si qua lateant, pejora putat. Super *Sapient.*, cap. 17. **HUGOCARD.**

26. Res dubia semper facit hominem negligentem. Homil. 49, super *Matth. Oper. imperf.* **S. JOANNES CHRYSOST.**

27. Dubius in fide, infidelis est. *De Mirab. Victor. cuiusdam puella.* **JOAN. GERS.**

28. Oratione melius solvuntur dubia, quam inquisitione. *De ligno vitæ*, tract. 13, de *Orat.*, cap. 1. **S. LAURENT. JUSTIN.**

29. In his, quas vel dubia, vel obscura fuerint, id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum Patrum invenitur adversum. Epist. 9, ad *Rustic. Narbonens. episc.* **S. LEO I.**

30. Res dubia ac latens melius semper bonis interpretatoribus, quam malis defensoribus creditur. Epist. 7, ad *Aprun.*, et *Verum.* **SALVIANUS.**

## SENTENTIE PAGANORUM.

31. Dubitationis solutio, inventio est veritatis. Lib. 7 *Ethicor.* ad *Nicomach.*, cap. 2. **ARISTOTEL.**

32. Gravis animus dubiam non habet sententiam. In suis *Sentent.*, sent. 151.

**SENECA.** 33. Proximus est neganti, qui dubitavit. Lib. 2, de *Benef.*, cap. 1.

34. Expavescimus dubia pro certis: non servamus modum rerum, statim in timorem venit scrupulus. Epist. 13.

35. Semper quidquid dubium est, humanitas inclinat in melius. Epist. 84.

36. De dubiis non definitas, sed suspensam te neas sententiam. *De quatuor virtut.*

Vide etiam tit. *Definitio*, sent. 11; *Sententia*, sent. 40; *Suspicio*, sent. 45; *Vulnus*, sent. 5.

## DUX.

**COLLECTOR.** *Definitio.* Dux est princeps præcipuus, qui coram populo est, et ei indicat quid faciendum sit.

## SENTENTIE PATRUM.

**S. ANTONIN.** 1. Julius Caesar dicere solitus erat: Dux qui non laborat, ut militibus charus sit, militem nescit amare, nescit humilitatem ducis. Part. 3, cap. 1, § 9.

**S. CYPRIAN.** 2. Gloriosus ducis est, commissa sibi signa servare. Epist. 73, ad *Subjanum*, cap. 3.

**S. GREGOR. MAGNUS.** 3. Dux impius est, qui a tramite veritatis exorbitat, et dum ipse in præcepis ruit, ad abrupta sequentes invitat. Lib. 24 *Moral.*, cap. 45, num. 30.

4. Dux impius est, qui per tumoris exemplum, viam ostendit erroris. *Ibid.*

**S. JOANNES CHRYSOST.** 5. Dux, nisi antea miles optimus fuerit, ne dux quidem esse aliquando poterit. Homil. 5, super 1, *Timot.*

**JOAN. GERS.** 6. Si unus dux efficiatur Episcopus vel Sacerdos, remanet dux. *De Pot. ecclesiast. et laicor.*, cap. 7.

**JOAN. SAR.** 7. In tota re militari nihil utilius, nihil clarius duce erudito: nam virtus et industria ducis, efficaciam exercitus, quasi altera lancea compensat. Lib. 6, de *Nugis curial.*, cap. 15.

**S. URBAN. I. PAPA MARC.** 8. Quis tam arrogans, tam impudens, qui in caelosis militia, quam propensius ponderanda est, statim dux esse desideret, cum tiro ante non fuerit? In *Decret. Gratiani*, part. 1, dist. 60, can. *Si Officia*. **S. URBAN. I. PAPA MARC.**

## SENTENTIE PAGANORUM.

**MIMUS PUB.** 9. Ducis in consilio posita est virtus militum. In suis *Sent.*, sent. 100.

**PLATO.** 10. Probo summo duci est, ambitiosum et pecunias amantem esse: si palam duces imperii causa mercedem exigant, mercenarii vocantur: si clam ex suo illo imperio mercedem acceperint, fures. Lib. 4, de *Republ.*

## EBRIETAS.

**S. REMIGIUS.** *Etymologia.* Briam genere masculino dicimus calicem aptum potioni a quo dicitur ebrietas, quæ

est nimia potio vini. Super *Epist. ad Galat.*, cap. 5.

*Definitio.* Ebrietas est spontaneus demon ex voluptate in animas irruens. Conc. 14, contra *Ebriosos*.

Ebrietas est excessus, et dicitur ebrietas quasi extra briam: nam bria dicebatur antiquitus calyx vel poculum, qui erat mensura potus; dabatur enim vinum ad mensuram. Tit. 1 *Diecta*, cap. 8.

Ebrietas est, per quam menti quadam sui oblivio generatur, ex superfluo potum indulgentia. *De Fructib. carnis et spiritus*, cap. 9.

Crapula est solius corporis causa illecebra, et avidus potum appetitus. *Ibid.*

Ebrietas est vitium, quo quis potat quando et qualiter et qualia non oportet, et plus quam oportet. Part. 4, in *Descript. termin.*, cap. *Temperantia*.

Nihil aliud est ebrietas, quam voluntaria insanitia. **SENECA.**

Epist. 88.

*Divisio.* Ebrietas species gominia est. Una quæ tribulationem corpori afferat, atque ejus supplantet vestigia, sensumque perturbet; altera quæ mentem virtutis vaporet gratia, et omnem infirmitatem videatur avertere. *De Noe et Arce*, cap. 29.

Est duplex ebrietas altera vino madere; altera vino delirare. Alterum horum est peccatum, alterum peccati causa: utrumque alienum a boni viri officio. *De plantat. Noe*.

*Differentia.* Plurimum interest inter ebrium et ebriosum: potest, qui ebrius est, tunc primum esse, nec habere hoc vitium; qui ebriosus est, saepe extra ebrietatem esse. Epist. 83. **SENECA.**

*Productio.* Fuit ebrietas origo incesti, pessimæ regeneratricis partus delictor. *De Elia et Jejunio*, cap. 5. **S. AMBROS.**

Ebrietas mater est malitiæ, hostis virtutis. Conc. 14, contra *Ebriosos*.

Esca crapulam, potus ebrietatem generat, ebrietas autem perturbationem gignit mentis, furor cordis, flammam libidinis. Lib. 2, de *Sum. bono*, cap. 43, sent. 1. **S. BASILIUS MAGNUS.**

Cogita quas clades ediderit publica ebrietas: hæc acerrimas gentes, bellicosasque hostibus tradidit. *Prosec.* **S. ISIDORUS HISPALENS.**

Hæc multorum annorum perthaci bello defensa moenia patefecit. **SENECA.**

Hæc contumacissimos, et jugum recusantes, in alienum egit arbitrium.

Hæc invictos acie mero domuit, ac fatalis scyphus condidit. Epist. 83.

*Comparatio.* Sicut piscis cum aridas fauces profert ut glutiat escam, repente hamum intra fa-

**S. BASILIUS MAGNUS.**

**S. BONAV.**

**HUGO A S. VICTORE.**

**JOAN. GERS.**

**SENECA.**

**S. AMBROS.**

**PHILO JUD.**

**SENECA.**

**S. AMBROS.**

**S. BASILIUS MAGNUS.**

**S. ISIDORUS HISPALENS.**

**SENECA.**

**S. AUGUST.**